Quæstio medica Quodlibetariis agitanda disputationibus In Schol. Med. die Jovis 13.a Januarii

D. Vincentio Mustel D. M. Moderatore prudentiss. 115

An similaris Partis nullus præter Intemperiem morbus?

Natura imprudenter nusquam otiosa nihil frustra moliens nullo primum in rerum universitate, quam in comparando sibi corporum actionibus obeundis idoneo. Corporum constitutiones numero quidem sunt infinitas, generibus vero non plures quam quatuor. Una est omnium communis et naturæ modi omnis expertes et formæ specialis genere comprehensa. Hoc uno genere constitutionis sola ex insensibilibus corporibus elementa quatuor constare ex quibus tota varie per ~~...~~ tota confusis, fractisque, suis et qualitatibus retinentibus varias similarium corporum differentias nascuntur. Tertio genere continentur dissimilaria forma magnitudine, numero, et situ similarium ex quibus constituuntur varie distincta. Quartum genus est corporis ex dissimilaribus multis ad obeunda vitæ munera comparati.

Natura duplici facultate utens alteratrice et fratrice corpus humanum construere non solum in his omnibus constitutionum generibus variis rerum diversitate fruitur; rerum differentiis unde partes quoque varias mutuis affectionibus inter se coniunctas, totidemque facultates in bonam omnium actionum conservantes distinctas. Singulas partes perpetuas suam constitutionem, non deficiunt sui conservationem procurare cibo, potu et aëre per os, nares, arteriasque sumptis quæ sumpta sunt integrum tuentur, integrum vincunt sine morbus, illinc sanitatis custodia.

Ex quatuor generalibus corporis constitutionum differentiis prima neque sanitatem, neque morbum recipit. In reliquis tribus sanitas omnis parique ratione morbus existit. Sanitas omnis est quædam mediocritas: Nec vero sanitas optima corporis humani posita est in ea mediocritate quæ distat æqualiter ab extremis contrariis, sed in ea demum quæ naturæ muneribus obeundis est aptissima, quæ si quod forte in corpore contingat prodigiosa ipso movent trahi. Omnis quæ ab hac mediocritate recessit constitutio morbus est, si commodo actionem manifeste lædat, alioqui genere sanitatis, licet non perfecto continetur.

Similarium ergo sanitas et morbus in compositione quatuor elementorum consistunt. Hæc si paribus viribus inter se coeant, temperies existit, alioquin intemperies. Intemperies omnis octuplex efficitur, aliquo elemento uno superante, vel duobus ad summum. Non omnis intemperies morbus est. Natura humana illa sit aptissima quæ calida est, præterquam humida. Calida enodum ex iisdem facillime omnium curatur, frigida facilius, quam humida, difficillime omnium sicca.

Similarium omnium quæ humano corpore continentur non est una eademque: sed quæ genere partium continentur ea demum vim habent suscipiendi sanitatem et morbum: Humores et spiritus per corpus universum fluentes sanitatem partium similarium tuentur idonea temperie præditi, iidemque morbos in ipsis partibus efficiunt, intemperiem naturæ minime accommodatam sortiti: Intemperies humorum et temperiem et contractionem interdum nihil in parte similari mutare potest, mutata conformatione actionem similaris particulas minime prohibet.

Ergo similaris partis nullus præter Intemperiem morbus.

Ponebat Petrus Du Chemin Baralbanus. 1575.

D. Doctores disputaturi.

M. Martinus Akakia Pro. reg. M. Henricus de Monantheuil. M. Petrus Laffilé.
M. Nicolaus le Sellier. M. Antonius Duval med. reg. M. Franciscus Brigard m. R.
M. Petrus de la Bistrade. M. Emerius Atragon. M. Simon Pietre.

F.M.P. BIBLIOTHÈQUE